

rūm quæcūque naturaliter tanquā muta animalia norunt, in his etiam corrupuntur: siquidem vocibus potentes excutere infirmitatem; nec illam ad subsidium volunt exponere vocem: egrediunturque vacui, miserij pleni, quoniam videntes & medicum & auxilium, pro salute impetranda nec ullum verbum.

Luc. 18. 38.

17 Cæcus quidam audiens strepitum turbæ prætereuntis, quasi ascleæ Salvatoris, illic interrogavit; quid hoc esset? Er ut cognovit, quod Iesus Nazareus transiret; clamavit: Iesu miserere mei. Clamavit, cæcum se cognovit, atque vocibus medicum & salutem quaesivit: quam non adipisceretur, ni clamaret; igitur Iesus præteriret iacentem, si videret cæco complacere cæcitatem. Clamavit, ut lumen oculorum obtineret, gaudens de fortuna obvia, qua obtinenda insignis gratia, cum medicus veniret, ad quem nequibat accedere: equidem frustraretur oprata salus, si sine voce præteriret medicus. Clamavit, adhuc increpiti ut taceret: equidem cum Saluator levi voce consular clamantis præ dolore salutis, largiaturque auxilium cæcitati scelus pœnitentium; fatuum erat, retinere cæcitatē, sciente cæco præterire salutem: equidem quandiū viveret, nullatenus obtineret; quia præteriret. Ad vocem cordis propender Saluator in auxilium egentium: templum signat misericors gratiarum thronum: vacuusque coram Domino sistitur, qui pro se nec verbum loquitur; equidem defectu clamoris e templi limine exit, eisdem ipsis necessitatibus, quibus templum introivit. Quid quod fugiant gratiæ sine ulla prece? Quid ubi filij hominum in Ecclesijs gravi corde, stantes oculos declinare in terram, & celo patente in gratiam? Quid ubi nec auditur vox: Iesu miserere mei?

Gratia Dei prompta, si querit anima.

Ubi sup. v. 42. Aliud est nolle, & aliud non posse peccare.

1. Tim. 5. 12. 13. Fœmina pessime devotiois colore.

18 Crocodilus etiam remotus a templo. An quia sruat insidias lachrymis? Minime lachrymatur, quia crimen commisit; sed quia, quo possit continuare, deficit: igitur si fugiunt peccatum, nequaquam quia nolunt, sed quia nequeunt. Crocodili sic mihi videntur quadam perniciose mulierculæ, specie tantum devotæ. Vulgo: Beatas de quibus Paulus: Cum luxuriata fuerint in Christo, nubere volunt: non solum ociose, sed & verbosæ, & curiosæ, loquentes quæ non oportet. Sic uti crocodilos videbis feminas, struentes ingredientibus insidias: capiunt lachrymis, quos nequeunt dolis: igitur non sanctitas, non virtus, sed utriusque embolium, sub insidijs lachrymarum,

Vidi etiam lachrymas, & est pars fraudis in illis.

Ovid.

Ergo hæc crocodilli arceantur à sacris: siquidem deturpatur templi limen, quo sedent mulieres plorantes Adonidem. Quod ergo amandanda? Dicit Hieron. Epist. 7. Discant lanam facere, tenere colam, & tenere in medio calathum, rotare fusum, & flamina pollice ducere. Alia lætæ caulæ, cur crocodilus iurè à sacris expellatur, qua conditione etiam homo remouetur. Labia & linguam habet, verum nulla auditur vox. Vide Ælianum quo sup. lib. 10. cap. 24. & Kircher. in Obelisk. Pampbil. lib. 2. cap. 5. In hominum negligentiam fœcundam præscripsit Dominus huiusmodi legem: igitur cum Deus petenti muneribus celestibus faueat, debita supplicij libentissime dimittat; illum tædet, inopem, suberatum hominem ingredi venerabile sanctuarium, & ad gratiarum impetrationem omnino assistere mutum. Quid statua pro Rostris? Verba ibi necessaria, non statua. Os habent & non loquuntur, quavis rumpantur: hominemque à sacris, ut crocodillum expellit; quia omnino generositate displicet, homini supplicij preparare beneficium, & dignandum ibi adesse tanquam vanum simulachrum. Plurimis indiget homo, his Dominus in templo sancto suo: iustus ibi petit perseverantiam in gratia, peccator veniam divinam misericordiam; & cum ibi sit, quod quisque vult; fastidio liberalitati est, quod dum Dominus interrogat iustum & impium, ibi in responsum, qui cupit, nec ullum loquatur verbum.

Hieron. Ubi amandanda, & Unde?

Qui homines statue in templis?

Flores in concionante, auditoribus spinæ.

Isai. 22. 16.

19 Etiam potest accipi mutus de prædicatore vanitatis, ac de vanitate prædicatoris. De prædicatore vanitatis, ubi utriusque ostentat vanidos flores, importunos ad conversionem animarum; & equidem sine fructu terra cordium. Ex ratione fructus intenditur, ex fructu rationis emolumentum percipitur: nullumque audientium cordibus provenit emolumentum, titillantiū aures ex seminatione florum; igitur florum concionatoris feracitas tribulos duntaxat germinabit & spinas. Optime possimus dicere, quod Propheta Evangelicus Sobæ habitanti in tabernaculo: Quid tu bic aut quasi quis bic? Templum destinatum venerationi, nequaquam verbostrati. Quid tu, ut ita loquaris hic? Quid verborum pompositas, dum ab inimicis & arcæ vallatur civitas? Quid ergo tu, si non quid? Quid & quis & hic est tu? Sanè in conspectu Domini vacuus, qui vento plenus: equidem verba & verba effutuntur ab ore, absque pro-

prosum audientium utilitate. Non ingrediendum in conspectum Domini cum vacuitate mentis, quod sæpe ploramus inanitate cerebri prædicatoris. Dicimus vacuum, qui quicquid vento plenus: & arceatur à conspectu Domini, qui vacuus vanitatis plenitudine; qui manci, claudi, surdi, muti & cæci; sed omnino vacui: equidem potentes in templo liberari à languoribus, recedunt fatuè cum istdem infirmitatibus. Ultra procedit infelicitas, dum ibi Deus ostium aperit ad gratias; quandoquidem ubi munda queunt, vitia contrahunt, peccatores ingredienti, & egredientes ex apotheca medicaminum peiores. Quis enim nisi fatuus, fonti sitibundus accederet, & sine potu transiret? Isti queruntur de veneno dipsadis, & non hauriunt aquam de fontibus Salvatoris. Vacui cuncti, equidem vel sine operibus, vel operibus mortuis. Vacui verbis, quoniam etiam invitante auxilio, nulli: claudi profecto offendentes usquequaque: surdi celestibus monitionibus, atque cæci ita lævis imaginibus; ut auctoritatis Domini circumspeditionem deplodant, & tantam maiestatem coram oculis offendant. Ipse est Deus, & non est alius: credunt catholici, sed operibus opponuntur fidei: siquidem ita in templis audent in Domini offensam, quasi esset alius Deus qui defenderet iniuriam. Locus sacer, heu! venerantium pervicacitate pollutus.

Vacui, qui vento plenus.

S. Benedic.

In templo catholici peiores accipiunt.

Deuter. 4. 35.

Ovid.

20 Ergo consideremus (ait SS. Patriarcha N. Benedictus Regul. Sanct. c. 19.) qualiter oporteat nos in conspectu divinitatis, & Angelorum eius esse. Non ut Angeli assisunt, qui manci, claudi, surdi, muti & cæci; sed omnino vacui: equidem potentes in templo liberari à languoribus, recedunt fatuè cum istdem infirmitatibus. Ultra procedit infelicitas, dum ibi Deus ostium aperit ad gratias; quandoquidem ubi munda queunt, vitia contrahunt, peccatores ingredienti, & egredientes ex apotheca medicaminum peiores. Quis enim nisi fatuus, fonti sitibundus accederet, & sine potu transiret? Isti queruntur de veneno dipsadis, & non hauriunt aquam de fontibus Salvatoris. Vacui cuncti, equidem vel sine operibus, vel operibus mortuis. Vacui verbis, quoniam etiam invitante auxilio, nulli: claudi profecto offendentes usquequaque: surdi celestibus monitionibus, atque cæci ita lævis imaginibus; ut auctoritatis Domini circumspeditionem deplodant, & tantam maiestatem coram oculis offendant. Ipse est Deus, & non est alius: credunt catholici, sed operibus opponuntur fidei: siquidem ita in templis audent in Domini offensam, quasi esset alius Deus qui defenderet iniuriam. Locus sacer, heu! venerantium pervicacitate pollutus.

DIDASCALIA VI.

Grave delictum arridere criminibus subditorum.

Via Domini recta, qua itur, & pervenitur in atra; sed ita hominum studiosa fatuitas, ut aspera intente disponere in vias planas: igitur vocat legem Domini legem corrupti sæculi; quia mensura utilitatis, ratio status dicenda status rationis: quasi actionum humanarum rectitudo iurè possit esse politica agendi ratio.

Aliorum rectitudo non est politica agendi ratio.

Porta cali patet. Dicit Virtus Scipioni, apud Sil. Italic. Punior. lib. 15. v. 78. Virgilius econtra lib. 6. Æneid. v. 126.

Sil. Itali

Facilis descensus Averni. Si cælum farsum, & infernus deorsum; difficile, oppositum componere gradum; equidem porta cæli, quod farsum minime patet, illi qui lapsus verius infernum descendit. Duæ viæ olim factæ ab Ethnicis, Voluptatis scilicet, & Virtutis. Vide latè Silium præf. & audi Charat. ex Virgil. in Minero. fol. 249.

Virgil.

Via cali & inferni ni opposita.

Litera Pythagoræ, discrimine secta bicorni, Humane vite speciem præferre videtur. Nam via virtutis dextrum petit ardua callem, Sed requiem præbet fessis in vertice summo. Molle ostendit iter via lata; sed ultima meta Præcipitat captos, volvitque per ardua saxa.

Vinc. Chart.

Via Virtutis & Voluptatis.

Has vias necesse, olim habitum ut impossibile; etenim omnino contrariæ: verum quavis contradictio, nexus sedet alè in animo, etsi non firmiter, saltem apparenter; quippequam speciosa velamine virtutis, capitur contentiosè semita difficilis voluptatis.

2 Dominus ipse est Deus & non est alius: dicit subditis rebellibus Moyses. Homo facit Deum, quicquid placitum; pro lege habet, quicquid lubitum: videtur aliquibus posse imperium protrahere diuturno tempore, modò se aptent subditorum legibus & pravis consuetudinibus, deficientes à semita rationis propter factæ bonum pacis: & cum Israëlita propriam tanquam Deum sollicitarent legem, minitantes rebellionem, Moyses alloquitur, Dominus ipse est Deus, & non est alius; quoniam Prælarus, ut coerceret subditum, nihil aliud debet respicere præter Deum. Viam Virtutis, & Ambitionis ostendit Ethnicus, & simul quomodò deliret ex inferno Politicus, Satyr. 10. v. 365.

Deut. 4. 35.

Præfati ostendat lepi, non subditorum velum laiti.

Nullum Numen abest, si sit prudentia; sed te Nos facimus, Fortuna, Deam, colloque locamus.

Iavenati

Prudentia solummodò ex lege Domini intacta: sed ab Aulicis uti Dea interponitur fortuna; quippe sibi suadent fortunam posse rebellium compescere mores, in quos minime ob duriciam prævaluit prudentia legis. Quos fortuna, non merita in regia men tollunt; non merita vident, sed fortune

Et a tune

tunz simulachrum : equidem susque de- que faciunt, quod praveant scelera, mo- do perficitur fortuna. Nullum ex subditis erit dissidium; si quod devium a lege, di- citur rectum, & manet inultum : dicitur que superior à prudentia, etiam evanes- cente fortunà; dum se accommodat im- probis titulo pacis: siquidem disciplinæ regularis efugiet scitum, cum non debeat pacem mittere, sed gladium.

3 Peccatorum impunitas parit auda- ciam, & favor plerunq; indebitus arro- ganter impudentiam. Quid mulcimen? Quid blandimen? Expellit foras Superioris timorem, proculcans auctoritatem. *Semper enim scelera* (inquit Chrysofomus, homil. de Absalom.) *dum non refecantur, incre- scunt: & in facinorum augmenta profilitur, postquam secuta impunitate peccatur.* Hinc Legislator Monachorum Benedictus *Regul. Sanct. c. 2.* subdit: *Nec dissimulet pec- cata delinquentium* (non defectus, quibus conditio humana uti fragilis quassatur; sed quibus in legem delinquitur) *sed mox ut coeperint oriri, radicibus ea, ut praveant, amputet, memoret periculi Heli.* Optima dissimulatio, si peccata Præses dissimula- tione compescit: pessima, ubi indulgen- tiâ audaciam viribus auget; igitur ubi cordis protervitas; non deservit impunitas, ut peccatores deficiant, sed ut prave- leant. *Quia falsâ pietate superatus ferire Heli delinquentes filios noluit* (ait Gregor. Magn. 2. p. Pastoral. cap. 6.) *apud distri- ctum iudicem semetipsum cum filijs crudeli damnatione percussit.* Dissimulatio semel & iterum irrita, filijs dissimulatione auda- cibus in ampliora. In criminum augmen- ta profilitur, quoties secuta impunitate peccatur: seque & filios dignitate priva- vit, dum tot & toties crimina filijs indul- sit, quippe sese gessit ut pater pietate nocens in filios, qui tortoribus tradere debebat, ut servos sceleratos, *Filij Heli, filij Belial, nescientes Dominum.* Quid enim faceret dissimulatio inter sacerdotis pessima indo- lis, perfrictæ frontis, in tabernaculo stu- dentes lucris ambitus; ubi viventes quasi non esset Deus? Merito dicuntur filij dia- boli, præmissa à patre scandalorum dissi- mulatione: equidem si illâ dociles sequun- tur tramitem rectæ rationis, qui pravis mo- ribus, convertuntur in demones. Tota poli- tica agendi ratio evanuit, dum filios pec- catores Heli Præses non compescuit: hinc *Filij Belial, id est, non ascendentes, He- braice nominantur; ubi pater satagebat il- los ascendere in dignitatis fastigium: igitur*

Ubi cæca fortuna, pro- valent cri- mina.

Augmenta sceleris con- fidentiâ im- punitatis. Chrysof.

S-Benedict.

Quando dis- simulantur?

Greg. Mag.

Non est clem- entia pa- tris in mu- nere iudicis.

1. Reg. 2. 12

Sacerdos malus de- mon.

recto Dei iudicio (propter subditos impro- bos à patre relicto Deo) dum indulgentiâ scelerum conservare dignitatem intendit, cum vita etiam dignitatem amittit.

4 Nato Servatore & Assertore N. in Bethlehem, nova in signum nati Regis in Oriente apparuit lux: unde Magi dixerunt: *Ubi est, qui natus est Rex Iudaorum?* *Vidimus enim stellam eius, & venimus adorare eum.* Eum, non stellam eius. Plura dixi Tautol. præced. D. 1. à num. 8. Si illorum error adoratio stellarum, quod iure modò illi detrectant adorationis obsequium? *Per cælum sic cursum dirigit* (ait Chrysofolog. serm. 156.) *sic moderatur in- cessum, sic viam temperat; ut Magorum serviat & mittatur ad gressum: nam ambulante Mago, stella ambulat; sedente Ma- go, stat stella.* Stella, ut præcens, sunt constituta, quasi in Superiorum dignitate. Ex motu & influxu superiorum siderum, pendet motus inferiorum sublanarium: Ma- gorum stella quæ ducere subditos debebat, ducitur: quæ dirigere, dirigitur: nam se- dente Mago, fedet; & ambulante, iter fa- cit: minimeque Mago adoratur, dum super- ior stella ad inferiorum placitum ambulat; quoniam Superior ad Subditorum multi- volam voluntatem, nequaquam illorum meretur adorationem. Superior alienas subditas debet regere volentates: cuncta quippe ad placitum Superioris, qui quidem dirigere & dirigi omnia debet iuxta ratio- nis anusum, & nullo modo venerari ut legem inferiorum voluntatem. Aliquibus videtur æstimationem amplioiorem conciliare ex huiusmodi pudibunda servitute; quin considerent ex stella propudium, ubi maius ambiunt ex obsequio turpi obsequium: igitur præses uti stella despicitur, qui pridem adorabatur.

5 Cuiusnam conditionis esset stella Magorum, inquirunt à Doctoribus, de quo videlicet Suarium in 3. p. D. Thom. disp. 14. Communis sententia asserit, errantem vagam apparuisse splendorem; qui motum non habebat regularem. Motu regulari stellæ subditos illuminant, ducunt; sed se- dendo moventur: ideo dicuntur stella, se- dibus fixæ: ita pridem sidera, ut superiora à Magis adorabantur: & modò vagi splen- dores despicuntur; quia licet lux clarescat splendide nitida, flocci habentur à subditis sidera errantia: igitur minime sedent in maiestate throni, quoties à motu recesserint regulari. Stella non erat in cælo (sede po- tellatis illius) ut eius irregularis indicabat motus. Adoratur Superior ratione digni- ta-

Math. 2. 2.

Chrysofolog.

Dignitas amittitur quo quæritur.

Non fulgore præsi in se- de, sine mo- tu regulari nec sine se- de.

tatis, conciliatricis honoris, quoties in ho- nore fedet, & subditos regulari motu mo- vet: stellaque vaga, est superior, non à subditis videtur adoratione digna; igitur perperam potest sedis conservare dignita- tem, qui in dignitate fulgens non habet sedem. Ubi animos subditorum attrahere studiosè cupit, magis ac magis ab adora- tione femovet. In stella patuit. Vapor pridem fuerat, quid splendens ad tempus ha- buit exaltationis fortunam. Quid ergo fi- nito regiminis curriculo factum? Perma- nit ita in perpetuum? Nullo modo. Evan- nit in æra splendoris magnitudo. Parvi momenti, & sine sede, quod fundabatur in aère; ut ex exemplo, quanvis serò resipiscat, qui perlatu voluntati subditorum ignominiosè se aptat: equidem dum am- pliari dignitatem obsequijs cupit, & Super- ior & splendor Superioris evanescit.

6 Plures sunt, qui excessus, imò ini- quitatem subditorum cognoscunt; sed facies peccatorum in adorationem sumunt. Plaudunt, quod oderunt & meritò; quia sine plausu, evanescet adoratio, sed futilis tanquam in aère, cuius splendor sine splen- dore: etenim cum indignis obsequijs ad- orationem struant.

— Tolluntur in altum, Ut lapsu maiori ruant.

Claudian. Ut impij ambulat in circuitu, ambitione trahente, atque ratione averfante; quin pudeat stolidos, dum hæcine opposita cogi- tant, quod caput impingant. Vide quantum cogitatione delirent. Hæc via illorum ipsis scandalum; & quod scandalum ipsis, postea in ore suo complacibunt. Aptè Augullin. in Ioann. Tract. 49. *Temporalia perdere timuerunt, & vitam æternam non cogitaverunt, ac sic utrumque amiserunt.* Imitantur Iehu, vitulos indulgentem adorare populum; ne Rex, modò inhiheret, amitteret principatu- rum: verum infeliciter amittit; quia pro lege Dei, terrena solummodo cogitavit. Vide di- cta Tom. 2. T. 4. D. 3. Duobus dominis ser- vite, impossibile omnino. Iccircò Chrysi- pus nolens malè audire, regimen renuit, di- cens: *Si ber: egero, displicebo hominibus: si malè Deo: utrumque obtinere placitum, in Re- publica non visum.* Confule Erafm. in Apo- phteg. lib. 7. Vid. Tom. 7. T. 9. D. 8. n. 2. Retorsit discipulus dicens: *Regimen accipe: equidem si bene egeris placebis Deo, sin autem hominibus: cui acutum Chrysi- pus: Propter hominum deliria non pessun- danda ratio, nec Deorum excitanda ira.* Et Catholicus non considerat leges Domi- ni deplodi, modò pravæ subditorum ratio

Qui pla- uent subdi- tis, morbo laborati ver- tiginii.

Claudian.

August.

Difficile ho- minum re- gimen. Erafm.

apertur voluntati? Desraudabit quisque à desiderio; è vanidis, quæ cogitabit ambi- tio: equidem non nanciscetur ex honore dignitatem, qui propter subditos pravos Dei protriverit honorem.

7 De Absalom Chrysofomus ubi supr. ita loquitur: *Perdidit excelestissimum mentem, perdidit sensum, amisit consilium, insectatur patrem, fugat innocentem, usurpat imperium, potestatem arripit, regnum invadit: ardescit in peius, in maius accenditur.* Unde ergo scelestissimus? An quia nihil pensi ferebat patris mortem, mo- dò haberet patris regimen? Ambitio uti- que neque respiciet in patrem. Perdidit sen- sum: amisit sane consilium, ut quo cupie- bat, amitteret principatum. Perpende. *Omnem virum, qui habebat negotium, ut veniret ad regis iudicium, vocabat Absalon ad se, & dicebat: De qua civitate es tu? Videntur mihi sermones tui boni & iusti. Quis me constituit iudicem? Et sollicitabat corda virorum Israel.* En excelestissimus perfricta fronte, & corde pleno nequitia: equidem ausus paternum insimulare consi- lium, cum nunquam habuisset sensum. In- fidias utique parat, & cogitando delirat. Sermo erit bonus, si iuxta legem: in maius extra rationis, amissim. Ad iudicem spectat discernere bonum & malum, ut rectum pro- feratur iudicium: & ubi cuiuscunque adve- nientis sermones dicuntur recti, scelestis- mi apparent infidias; quippe scelestissima iudicis prorsum conscientia, cui cuncta subditorum deliria placent ut bona. Absa- lon sollicitabat corda, non ut dirigerentur in legem, sed ut eligeretur in principem. Iudicium non astruit ut bonum, quicquid Principis sollicitat iudicium, quando ratio repellit, lexque cohibet; quæ somnari vi- tigatoris cogitatio; utpote non ex causa, sed ex litigio: maxime cum idem & circa idem non possit esse simul fallum & verum, ut singulis decertantibus dicatur esse rectum & bonum: verum cum corda sollicitentur, & non iustitia; & singulorum citra legem arte iustificabatur etiam opposita causa: equi- dem modò ille sederet in regimine, quid ad illum, quod viverent, qui subditi sine lege? Consilium hocine Absalomo vide- batur rectum, cum esset malignitatis em- bolum, respuenti regem, quem habebat patrem: verum non habuit in consilium, neque in sensu utique sensum, moliente cælo vindictam in cogitatum audaciam, legibus etiam naturæ ruptis, subditis vi- ventibus ad placitum voluntatis: equidem ad cælum spectabat pro pena suspicium,

Chrysof.

Ambitio quam amittit.

2. Reg. 18. à vers. 32

Malis præ- fatis con- scientia, à quo plaudun- tur subdito- rum deliria.

qui

qui pro causarum iudicio nunquam respexerit cœlum.

Cap. 12. 9. Quando effectus cognoscitur ambitionis

8 Illo suspensio inter cœlum & terram, tres lanceæ infixæ sunt cordi. Cui triplex cor, lancea triplex, ut discant Filij huius sæculi quid corde foveant, ubi in lenocinium ambitus leges trucidant: etenim quæ blandiebantur in maiestatem molimina, in morte apparent cordi etiam lethifera tela. Inter cœlum & terram suspenditur, qui cunctis citra legem blandiebatur, pro principatu obtinendo, in quem cæca obsecratorum ducebatur ambitio: igitur aptius quam in maiestate throni, huiusmodi exleges clarent suspensi in stipe. Verum est in cœli odium, quod in terra perfidie apparatus lenocinium, exprimentæ cordis malitiam, & oris audaciam, illo suspensio inter cœlum & terram: equidem patet, quàm perfidie, dum cœlum nequit respicere, neque terra sustinere. Quia cæsis faustè primum crimen inultum & indultum; ardesit in peius, in maius accenditur. Ioab reconciliavit abalienatum à rege & patre; sed quid inde? Ut possit introire in regiam, habitans urbem, quò cautius moliretur proditorem; mensem amici combussit. Succederunt ergo servi Absalom segetem igni: equidem perfidus, proditor, seditiosus, cum nullam habeat fidem, præter meditatorum ex crimine utilitatem; modò cogitata pro libito cedant, quid quòd amici facultates ardeant? Cuncta ambitionis torquent ad usum, quavis præcognoscant suspendium: illicita permitunt, imò plaudentes extollunt; quasi subditi addicti viverent iuri, quando declinant à lege; quo mulcimine assumunt in regnum, indulgentem subditos vivere ad placitum: & dum hoc cœne plauditur, princeps suspenditur; quia arbitrabatur iuxta legum tenorem, quicquid fautoribus veniebat in mentem. Volunt, ambuntque improbi, repagula frangere iuris, titulo specioso pacis; quàm obtinere cogitant, si cuncta illicita perpetrant: sed malis lapiunt, & serò cognoscunt: igitur dum ambitiosum assumunt in principem, credentes regimen; neutiquam fovem pacem, sed seditionem.

Præfatus maius amineat suspensio.

Cap. 14. 30.

Ambitiosus sibi tantum confisit.

Pl. 118. 19.

Alap.

9 Quam aptè David! *Viam iniquitatis amove à me.* Quam huiusmodi via? Ubi cum sanctis vivitur sanctè, & cum perverfis perverè; atque vita perverfa dicitur sancta. *Hi enim tunc in adversam, tunc in obversam partem pergunt; nunc faciem, nunc tergum ostendant; nunc amicos, nunc inimicos se exhibent:* inquit Alap. loc. Siracid. citand. Optimè, faciem mo-

dò, modò tergum ostentant; quandià viam iniquitatis studiosè ambulat: equidem ut assumantur in regimen, ita pessimis arident, vel videntes genium improbum; ut ostendant faciem, cum debeant vertere tergum. In moribus conserunt Planetis, qui habentes proprium motum in sphaeris suis, moventur motu contrario primi mobilis. Quod in his à naturæ conditione, in cogitationibus ambiciosi fit pro regimine liberè. Temperare debent cursum additum Dei voluntati, quæ primum mobile; sed motum habent contrarium, ut proprium sequantur motum: igitur quandià ambitio adhæserit cordi, parvi ducitur planè qui motus cœli. Progređi volunt: at adinstar Planetarum retrocedunt, quin dirigi possint in rectitudinem; quippequàm motu contrario nunquam cognoscunt errorem. *Via sustinetur in oculis eius.* Minimè videretur recta, niurgeret contrarius motus. Rectè dirigi videtur in officium, & ex se ducit in devium. Motu cœli meditanter derelicto, procedit, & cursum processu cohibet: equidem cum huiusmodi cursus sit insipientia; via stulti ad munus non erit via: quippe stultum, sibi videri posse rectè pervenire in fastigium regiminis, dum motu cœli contrario tendit tantum in errores. Quia aliquibus iusto Dei iudicio huiusmodi calliditas bene cessit, ambitio contentiosè tenaciter iter caput; quin respiciat exitum, sed tantum ambients votum, dirigens propter imperium simulationis errorem, quantumvis degant qui regendi, præter legem: diciturque non abs merito stultus, quem mordent vellicantæ huiusmodi motus; quoniam fatuum, cogitare ascensum optati muneris, propter iniquitatis.

10 Hoc iter uti infelix præsignatur à Siracide. *Væ duplici corde, & labijs scelestis, & manibus malefacientibus (Alij: Remissis) & peccatori terram ingredienti duabus vijs.* Cuncta annexa conamini duarum viarum: manus scilicet malefaciens, scelestum labium & cor duplex. Cor duplex, igitur haud à subditis sollicitat officium in subditorum commodum; sed proprijs utilitatibus, pictis coloribus. Labium scelestum; quippe fallit, quando mulcet. Manus malefaciens; quoniam munere, adinstar hami, non extendit manum, ut foveat, sed ut capiat. Verum aliquando captus, ubi cognoscitur dolus: siquidem in subditos vel proterita auctoritate, demissas præ nequitia non potest manus extendere. Hæc est via duplex, quam peccator ingreditur, nec sibi

Præfatus iniquus, cui aridet, quod aversatur.

Contrarij motibus moventur.

Prov. 12. 18.

Et nunquam rectè.

ambitiosus

Alap.

Ecl. 2. 14. Quare iniquitates, ambitionis committit!

Diabolus si locum habet, totum possidet.

videtur uti peccator; fallitque tunc, dum premit ambitio: igitur proprio motu ducitur in fastigium, & credit se in motum movere cœlum. De Superiore intelligit hic Alapide: *Se mundanis conformando, ne ab eis rideatur.* Aliud intelligit, & contra quod intelligit, conivert. Aliud iudicat internè tanquam rationi oppositum, & profert contra iudicium: quod magis ridetur: etenim excitat in ipsis indultis risum, superiorem conformari genio ridiculo subditorum. Si notat, uti insipientis notatur: si dissimulat, ridetur. Considerat utridè casum, ut ex duabus vijs felicem obtineat exitum; sed causa cadit, dum se acceptabilem dissimulatione percipit: igitur amplio rem risum excitat subditorum, dum instanter intendit vitare risum.

Alapide.

Superioris iudicium, conformari genio subditorum.

Ubi supra.

Ubi præfatus dissimulationis, totius legi circumspectur trāsgressio.

Diabolus si locum habet, totum possidet.

duabus vijs stat in via iniquitatis. Hinc Paulus: *Nolite locum dare diabolo:* etenim totum cor possidebit, si locum habet. A diabolo huiusmodi cogitatio, & mentis dira perplexio: quandoquidem nulla maior in via iniquitatis, quam quòd vicia subditorum plaudantur uti virtutes.

Ephes. 4. 27.

12 Ipse qui passus, dicit. *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est!* Habitavi cum habitantibus Cedar. *Multum incola fuit anima mea.* Unde infelicitas? Unde tanta calamitas? *Cum his (inquit) qui oderunt pacem, eram pacificus.* Articulus fuit, quando fugit Saulem, etiam electus in principem. Unde Scriptura inquit: *Convenierunt ad eum omnes qui erant in angustia constituti, & oppressi are alieno, & amaro animo; & factus est eorum princeps.* Difficilis oritur quæstio: Si in spelunca Odolla facta Principis constitutio, quomodo ab illo in Cedar prægritur habitatio? Cedar idem ac nigredo, & tenebræ, quibus non tam describuntur situs proprietates, quàm commilitonum mores, & simul quo urget ambitus, ubi flagrat dominandi cupidine pectus: igitur adinstar Razon, modò obtineat principatum quid quod princeps sit latronum?

Psal. 119. 2. v. 5.

1. Reg. 22. 2. Ambitio deus cuius contenta nit.

3. Reg. 11. 24.

13 In hoc articulo rerum Davidem constituit fors: meritoque dicit Heu, exprimens infelicem statum, ex improbitate subditorum: equidem amaro animo quid non facerent in ultionem, cogitantes oppressi principem patrocinantem? *Oppressi are alieno:* patet perditio: igitur quid impossibile aggredi, dum nihil possunt amittere? Exitus in Sicleg probavit, quo intuitu principem gregarius miles constituit: etenim quia ad placitum illorum non erat dextra fortunæ, intenderunt lapidare: frequenter utique si evanescunt subditis cogitationes, pro beneficio accepto mittuntur lapides. Princeps est constitutus, & regimen dicitur incolatus; quia inter scelestos habere regnum, claret rationis exilium: quandoquidem ubi subditus improbus; vel amittenda ratio, vel principatus. David intentus erat legi, illi furori: & ubi rationis legisque micabat lux, habitasse dicit cum habitantibus Cedar; quia ne amitteret principatum, necesse erat tolerare scelera subditorum. Quæ David coactè desert, ambitiosus solutissime ridet; quin cogitet, quàm grave vivere, ne amittat propodium principatum, inter tenebras iniquitatum, atque nigredinem motum.

Elitio præfatus committit, semper necesse est illi.

1. Reg. 30. 5.

Ubi subditus improbus, vel amittenda ratio, vel principatus.

14 Uterius: Pax per improbos semper dirimatur, & bellum in eos qui pacem amant

amant, ingeritur. Nunquam secum, nec inter se habent, foventque pacem, imò nutriunt seditionem. Haud hinc inde vagarentur exules, ni expugnarent propugnacula pacis. Hæcine sciebat David: & vivens, seu potius moriens cum eis, infelicem se vocat, quia necesse, ut vexationem redimat, dicere pacificos, quos sciebat sceleratos. Non pax potest dici pax, in qua Domini rumpitur lex: uti principem, oportebat cohibere subditos, ne ruerent præcipientes iuxta inolitam conditionem in mores pravos, & compescere supplicij declinantes in obligationes: & dum alia cognoscit, & alia facit, *heu* sibi dicit, quia summa calamitas, ut haberet futile regimen, pacem habere, & cum his qui oderunt pacem. Facile homo mutari potest in melius, equidem humanus animus: verum manifestâ seditione non possunt gaudere pace: & ex corde lamentatur, qui horum princeps constituitur; ne cogitaretur studium ambitionis urgentia necessitatis & cum amissionis mentis: quandoquidem nemo nisi amens potest vocare pacificos, quos cuncti & ipse semper cognovit ut seditiosos. Qui huic se studij acerrime satagit, non veritati, sed opinioni studet. Qui attendit legi, à seditionis dicitur severus: qui superfedet, pacificus: & ubi David cum dycolis pacem habet, infelicem se cognoscit; quippe præcipitium certum (ut ostendat & ostendet se pacificum) principem dicere pacem, contentionem subditorum.

15 Fratribus pacem bonam desiderant Iudæi fratres. Pax non bona? Dicam latè Deo bono, *Tom. 8. Tautol. 6.* Pax ne ma-

Grave quidem cum dycolis habere pacem.

Graviter, eo care pacificos, seditiosos.

v. Mach. 1.



la? Optimum sanè dissidium, dum in pacem congruit mittere gladium: paxque mala, ubi absistit vera, industria adulationis, ut splendor perleveret dignitatis: equidem optimum pacis discrimen cum fratribus qui semper oderunt pacem. *Pacem falsam non dare:* monet quòd supr. Magister Monachissimi Benedictus *cap. 4.* Extenditur monitum quoad simplicitatem pectoris, & quoad duplicitatem ambitionis: igitur huius studium, & falsitatis embolium, lenire & attrahere fratres uti pacificos, quos pax semper averfata, ut seditiosos. Signum in cognitionem profert Regius Pfalter. *Cum loquebar illis, impugnabant me gratis.* Si tyrannis interesset, iure obedientia impugnetur. Perducuntur in legem, & illic cogitant impugnationem, intendentes arcum amare, ut sagittent in obscuro rectos corde: etenim in pace, orta in pacem gravis procella, & gratis orta, quoniam sine causa. Ni ad lubitum vivant, etiam legem atque principem impugnant: & David quum pacem illis loquitur, flebiliter lamentatur, quia minimè constituerunt, ut haberent principem; sed duntaxat, ut viverent citra legem.

Pax plenum virtutis opus, pax summa laborum,

Pax belli exacti pretium est, pretiumque periculi.

Sidera pace vigent, consistunt terrea pace. Hæc est pax bona, quæ verò ex criminum dissimulatione, falsa: equidem ut Claudianus de 6. Consul. Honorij, v. 307. succinuit,

Mars gravior sub pace latet.

S. Benedictus. Pax falsa quæ quædet?

Verf. 7.

Intuitus de bonis improborum.

Mantuanæ

Claudianæ

TAUTOLOGIA QUINTA.

NON TENTABIS DOMINUM DEUM TUUM, sicut tentasti in loco tentationis.

Deuteronom. 6. vers. 16.

EXPOSITIO LITERÆ:



HIUS Tautologiae expositio facillima, quippe tantum vim habet in versione Vulgata: quandoquidem in Hebr. & apud plures Interpretes nominatur locus tentationis, quo dissolvitur pleonasmus. Saepè in Biblijs interpretatio nominis pro ipso nomine promitur, quod hic astruerem, ni fuscè probarem *Tom. 2. Tautolog. 3.* num. 19. 20. 21-8. num. 24. Similiter in presenti locus dicitur tentationis *Massa*, quod sonat *tentatio*. Cum diu, ac sæpe Dominum populum, semper fastidiosus, quia non fastiditus, tentaverit (igitur famebit audaciam, quippe inveniebat proclivem in veniam) &

Dominus iam pertæsus puniverit; monet Moyses, ne regetur culpam; & propter offensam & propter penalem noxam, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto, ubi tentaverunt Deum, & penas luerunt. Unde sensus testimonij est: *Non tentabis Dominum Deum tuum, sicut tentasti in Massa* (Mansione undecimâ filiorum Israël, ut ait Adrichomius in *Pharan*, n. 82. ex *Numer. 33. 14.*) aliter *Raphidim*, & *Petra Oreb*, quippe ex rupe Oreb orta aqua versus Raphidim, ubi erant filij Israël: quem locum à iurgio, exacerbatione, ac irritatione post vocatus à Moysè *Massa*: id est, tentatio. Ab alijs *Meriba*, videlicet iurgium. Unde Samaritan. & Pers. *Non tentabis quemadmodum tentasti eum in Massab.* Utrumque complexus textus sacer Exod. 17. 7. *Moyfes vocavit nomen loci illius tentatio* (Hebr. *Massameriba*) propter iurgium filiorum Israël, & quia tentaverunt Dominum. Aliquando *Locus* vel paragogicè, vel exergasticè additur substantivis; tuncque nihil significat, nisi cui additur. Psalm. 43. 20. *Humiliasti nos in loco afflictionis.* Psalm. 22. 2. *In loco pascue.* Psalm. 118. 54. *In loco peregrinationis.* Ezech. 43. 7. *Locus solij mei.* Pater idiotissimus: & minimè incongruum, si vocem acciperis pro superlativo. Q. d. in afflictione gravissima, in pascua uberrima, in peregrinatione longissima. Constat: nam ubi *Isai. 2. 19.* *Humilitate humiliabitur civitas:* Chald. *In loco humilitatis humiliabit se civitas:* de quo *Tautolog. seq.*

2 Quoniam sermo de tentatione Dei, priusquam de tentatione à Deo, à diabolo, & hominibus loquamur; operæ pretium præmittere. Frequenter inter nos tentari Deum dicimus, dum aliquid temerariè intenditur, quanvis intentio absistat; quia actus ex se implicite tentationis est. Etiam dum prætermittitur fieri ad pericula evadenda, quod fieri debet; cum respectu tantum in auxilium divinum: qua de causa vel perdidit Achaz, quia habebat exercitum, promittenti sacro vati signum victoriam, respondit: *Non petam. Non tentabo Dominum.* Similiter, quando ultra necessitatem fit, quod sine miraculo fieri nequit; ut olim fiebat purgatio criminis per candens ferrum, & alia, quæ videris apud Delrium lib. 4. *Disquis. Magic. cap. 4. q. 3. & seqq.* De tentationibus tam factis, quam verbis, tam clarè, quam insidiosè videtis Angel. Præceptor. 2. 2. *quest. 97. art. 1. & 2.* Tentatio Dei potest fieri circa eius potentiam, providentiam, sapientiam, clementiam, iustitiam, & alia attributa: vel dubitando, vel ad malâ auxilium implorando.

Interpretatio nominis pro ipso nominis.

Samar. & Pers.

Exod. 17. 7.

Locus paragogicè additus substantivis nominis.

Quoties ab homine tentatio Dei?

Isai. 7. 12.